

illustratus, licentiam vetustatis Evangelica perfectione reprehendit.

45. Hugo.

Tertio, inimicus diligendus propter nos. Ait Hugo: Propter nos diligendi, quoniam utiles nobis; quoniam ducunt nos ad portum; quoniam debita nostra persolvunt, & rubiginem remouent, & humorem.

Per inimicos maxime exercitatur.

46.

Anna cum esset senili, & sterili aetate, peperit filium Samuelem, quo maxime ipsa est illustrata, & commendata, ita ut ipsa decanter; Sterilis peperit plurimos, 1. Reg. 2. n. 4. Quia cum dedisset in lucem Samuelem, erat unus pro multis. Sed unde promeruit vincere sterilitate naturae, & tantum, talemque habere filium? Domi erat Anna Phenenna amula ejus. Quae affligebat eam, & vehementer angebat: in tantum, ut exprobraret, quod Dominus conculcasset vuluam ejus, 1. Reg. 1. n. 6. Hoc est, Phenenna gravissime vexabat, & molestabat Annam, eamque opprobriis, & contumeliis infestabatur, ut dicit Chrysostr. homil. 1. de Anna, quod amula ejus injuriarum tempestatem in eam coniciebat. At illa nunquam ei respondit, ut bene colligunt ex textu, Abulens. Hugo, & alij; sed absque ulla commotione irae, & odij, ut notat Chrysostr. citatus, eam in intima charitate, ac dilectione habebat, ita ut nunquam de ea ad virum conquesta fuerit, nec ullam querimoniam fecerit, Et merito quae amulam suam tanta patientia, ac dilectione est amplexa, non solum interiori gratia, & gaudio repletur, ita ut ipsa dicat: Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo, 1. Reg. 2. n. 1. sed in utero habet filium Sacerdotem, Prophetam, & Sanctum, iudicem ac gubernatorem populi. D. Chrysostr. citatus. Mulier haec non est indignata: quo magis sibi conciliavit Deum. Sic enim res habet, quoties opprobriis milleque malis afficitis, convitiis excelsis ferimus animo, maiorem nobis a Deo benevolentiam conciliamus. In eadem homilia pergit S. Pater, & probat exemplo Davidis, & Jobi.

1. Reg. 2.

1. Reg. 1.

Chrysostr.

Abulens.

Hugo.

Chrysostr.

Ex dilectione inimicorum multa bona comparamus.

Chrysostr.

QUESTIO VII.

Quam utilis, ac necessaria inimicorum dilectio, multiplici ratione ostenditur.

47. Idem.

DE hoc puncto aliqua jam dixi superiori quaest. quod multis aliis rationibus hic est comprobandum. D. Chrysostr. in imperfecto hom. 15, pulchre quatuor rationes assignat. Primo. Si iustum fuisset, ait, inimicos odire, Deus te inimicum ex genibus numquam in suam suscepisset dilectionem, Deus est totius rectitudinis fons, omnique bonitatis exemplar: si enim bonus non esset amor inimicorum, Deus, cum nos adhuc inimici essemus, non reconciliaret nos sibi, Rom. 5. n. 10. sed sic dilexit nos, ut pro nobis unigenitum filium suum daret. Ergo licita, & valde praecellens est inimicorum dilectio. Et inimicos amore profectamur, ut Deum maxime imitemur. Doctissimus Idiotia lib. 2. Contemplat. c. 3. cum Deo loquens Nil tibi in natura similis est, quam homo, qui male-

Dilectione inimicorum Deum maxime imitatur. Idiotia.

volis, & inimicis, se laudentibus placabilis est. Qui enim diligit inimicum, imitatur te qui dilexisti nos, cum adhuc inimici essemus.

48.

Secundo idem Chrysostr. citato loco, Cum Chrysostr. mundus, ait, sit scandalis plenus, si amicos voluerint diligere tantum, non poterunt invenire, quos diligant. Et ita fit, ut si decreverit homo, inimicos odire, necesse est, ut odiat omnes, & odiatur ab omnibus. Ac si dicat: Non adest verus amicus, sed omnes sunt veluti inimici: ut ergo aliquem diligas, inimicum dilige; nam si volueris amicum tantum amore prosequi, a te nullus diligendus erit.

49.

Tertio idem Chrysostr. Puto, ait, quod non tantum pro inimicis nostris Christus ista mandavit, quantum pro nobis: non quia illi digni sum, ut diligantur ab aliquo, sed quia nos non sumus digni, ut aliquem odiamus. Quamvis enim inimicus non sit dignus, ut nostra benevolentia amplectatur; tamen nos, cum sumus Christi discipuli, ac ad beatitudinem conditi, non sumus digni, ut aliquem habeamus in odio: nam odium, ut ait ipse Chrysostr. stomus, maxime sordida, & foetida reddit animam.

Idem.

Quarto idem Chrysostr. Si oderis inimicum, tantum amplius tibi nocuisti secundum animam, quam illi secundum corpus. Et forsitan nihil nocet odium eum; te autem ipsum sine dubio laedit. Inimicus non est odio habendus, sed diligendus; tuum odium, nullum nocumentum illi affert, sed tibi maxime nocet, tuamque animam necat. Videt impius iustum superexaltatum, & tunc ait Regius Psal. 112. Vates Psal. 111. num. 9. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet; desiderium peccatorum peribit. Peccator videt, ira, odio, ac malo desiderio consumitur. Sed hoc nihil officit iusto, sed tantum ipsi peccatori dat nocumentum, nam ille tabescit, & consumitur. Brunonius: Tabescit peccator in perditione sua, & peccatorum desideria succisa marcescunt.

50.

51.

Quinto, D. Valerianus homil. 12. de bono Patris. Fortè illi, ait, quem recens pulsat injuria, videntur ista, Diligite inimicos vestros, non convenire rationi. Sed respiciat, quicumque est, ad vitam quietem, & intelligat, quia inimicum dilexisse, vicisse est. Duplex in patientia manet victoria, hominem vicisse proprios animorum motus, & semper esse mores alienos. Plena victoria est, ad clamantem tacere, & non respondere provocanti: habes enim mercedem & de tua patientia, & de fratris medela. Ab odio inimicorum abstinemus; magnam victoriam ac mercedem inde consequimur, ut etiam considerat citatus Chrysostr. Imò non una victoria, nec una merces, sed duplex victoria, sicut & duplex ibi merces invenitur. Una victoria, dum homo proprios suos contra inimicum refrinat appetitus; altera verò, dum furiosos inimici impetus sua dilectione, ac benignitate componit, & temperat, ipsumque ad amicitiam provocat; ac proinde dum inimicum diligis, duplici insignitis victoria, una de te, altera reportata de hoste. Duplicem etiam habes mercedem, unam de tua patientia, alteram de fratris animo, quem tua es dilectione lucratus.

52.

Sextò, D. Fulgentius serm. de charitate aliàs 6. Ipse nobis docet, quid pro charitate redditurus sit dignis, qui eandem charitatem donare dignetur, indignis. Dicit Dominus, & magnitudinem nobis sua promissionis ostendat: Ut sis filij Patris vestri, &c. Si autem filij, & heredes. Possessio enim est bonorum ista communis, non terrena vique: sed caelestis,

Fulgens.

caelestis; & ideo nullum in ea facis angustari persona consortis. Per charitatem assequitur homo filiationem Dei, ac hereditatem regni caelestis, quae non est, veluti terrena; ac temporalis, quae consortio alicujus personae limitatur, ac finitur; sed caelestis beatitudo absque alicujus diminutione ad omnes se extendit, omnibusque communicatur. Ita etiam charitas non angustatur in aliqua persona, sed omnes absque alicujus separatione amplectitur, sive amicos, sive inimicos, sive dignos, sive indignos. Et ex eo, quod fertur ad amicos, non minuitur quoad amicos; sed inde magno augmento crescit, & proficit. In hunc sensum interpretatur D. Ambrosius lib. de Isaac, & anima, cap. 4. illa verba Cant. 4. num. 6. Fons horrorum, puteus aquarum viventium; quae fluunt in partem de Libano. Ubi enim est charitas, ibi impetus magnus descendit à Libano, nec in uno, vel altero reprimitur, sed in omnes exuberat hortos.

Charitas non limitatur in aliqua persona.

Ambros. Cant. 1.

53.

Idiotia. Odim, mors animae dilectio, vita. Inimicorum dilectione vincitur diabolus.

Septimò, Doctissimus Idiotia lib. 1. Contemplation. cap. 30. Odim, ait, mors est anima. Et contra uno per dilectionem tecum, vita. Sicut igitur quilibet naturaliter amat vitam corporalem, & mortem timet; sic amare veram debet dilectionem, & vitare odium. Quia, qui non diligit, manet in morte, 1. Joan. 13. num. 14. In morte enim culpa jam talis est, & debitor est mortis aeternae. Naturalis est unicuique appetitus vivendi, Vis mortem fugere: Odium declina. Vis vitam habere: charitatem in omnes tene. Charitas vita est animae, & mors tui inimici, ut gloriose vivas, & triumphes. Nam, ut ibi ait ipse Idiotia, nihilo magis vincitur, confunditur, ac debilitatur diabolus, quam inimicorum dilectione.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

81.

82.

83.

84.

85.

86.

87.

charitas, in mortuis sepeliendis pietas, in laboribus patientia, Tob. 12. a num. 6. At in Jacob aderat eximia charitas, & dilectio in fratrem suum Esau, qui hostili, adversoque odio eum fuerat infectatus Genes. 27. num. 41. Merito hic se exhibent Angelorum castra. D. Ambros. lib. 2. de Jacob. cap. 6. Castra Dei sunt haec: perfectis enim & fidelibus divina solent adesse praesidia, perfectus enim, qui cogitabat de reconciliatione fraterna, inane humilitate etiam inveniret, officiis acquireret, numeribus quoque emendam putaret. Ubi virtutes orationis, elemosynae, pietatis, sepulturae, ac patientiae relucebant, lat est venit unus Angelus in sui auxilium, ac defensionem; at ubi charitas in inimicos se prodit, & manifestat totum caelum ad se rapit, & trahit; & non unus Angelus, ut accidit aliis, sed exercitus Angelorum advolant, & descendunt, in sui patrocinium atque munimen; & non patiuntur Angeli, ibi obvelati, occulati, & adesse, sed ita, ut videantur, & agnoscantur.

Ambros.

Dilectio inimicorum in sui auxilium trahit caelum, & exercitus Angelorum.

56.

Cum Simon Machabeus susceperet populi principatum, multis locutus est verbis quanta ipse, & fratres ejus, & domus patris sui fecerint, pro legibus, pro Sanctis, 1. Machab. 3. n. 3. Et tamen nullum signum in confirmationem eorum, quae dicebantur, caelum exhibuit. At verò Samuel ostendens innocentiam suam coram omni populo, & se liberum ab omni crimine comprobans; Loquimini de me coram Domino, utrum bovem cuiusquam tulerim, &c. 1. Reg. 15. n. 3. Caelum signa praebet; Dedit Dominus voces, & pluvias in illa die, ibid. 19. Cur ergo illic nullum prodigium ostendat caelum, hic verò maxime: Simon ostendebat gloriosas suorum virtutes, ac mortes pro lege, pro templo, ac Sanctis: at Samuel explicabat sui egregij animi virtutem, ac integritatem, adjuncta simul dilectione inimicorum, ut supra dixi: Abste a me hoc peccatum, ut cesset orare pro vobis, 1. Reg. cap. 1. 2. n. 22. ut ibi ait D. Ambrosius, proxime datus: Dicit Abste a me hoc peccatum: nisi quia vir sanctus, ad charitatis verticem sublimatus, non solum diligebat amicos, sed etiam ipsos amplectebatur inimicos. Et ubi charitas tantis signis radiabat in inimicos, non poruit caelum se cohibere, quin pro illius patrocinio signa, & prodigia daret, ac multis replenderet, & coruscaret.

1. Machab.

1. Reg. 15.

1. Reg. 12.

Ambros.

Pro inimicos diligente conlum signa, & prodigia facit.

QUESTIO VIII.

Quid illustrius, diligere amicum, ab inimicum?

HOc Christi mandatum de dilectione inimicorum non aufert, nec pervertit ordinem charitatis. Et quamvis Dominus praecipiat diligere inimicos; non tamen mandat, eos diligere aequaliter, vel magis, quam amicos: hi enim ex suo genere plus diligendi sunt, ut rectè docet Origenes hom. 2. in Cantic. Hieron. D. Hieronym. lib. 1. contra Pelagianos, S. Thomas S. Thom. 2. 2. q. 27. art. 7. Nam dilectio amici ex suo objecto praeminet; magis enim consentanea est ordini charitatis; nam amicus est nobis magis conjunctus. Et sicut melius est, diligere patrem, quam extraneum; iustum, quam peccatorem; amicum, quam

57.

Origen.

Hieron.

S. Thom.

quàm

Sylveira in Evang. Tom. 11.



Amici en suo genere magis diligendi quam inimici.

58. Dilectio inimici majoris meriti.

Ducand. Carcluf. Albert. Bonavent. Richard. Malactus. S. Thom. Tolcer. Lovan. Augulf.

59. Fundamentum hujus doctrinae est; Quia ea dilectio est perfectior, magisque meritoria, qua Deus magis appreciatur diligeturque, ceteris paribus, diligens inimicum propter Deum, eo actu appreciatur magis diligit Deum, quam diligens amicum propter Deum: nam qui diligit inimicum, a quo multoties est injuriatus, magis se ipsum vincit, ac suos appetitus refrinat, & magis contemnit vanitates saeculi, quam alter diligens amicum: ergo illa dilectio est perfectior, magisque meritoria.

60. Quomodo intelligenda.

61.

Rom. 12.

Valer.

Dilectio amicitiae, ut non esuriant. Videamus tamen, quid intersit ei debitorum, inter eum, qui indigentem amicum pascit, & eum, qui esurientem inimicum reficit: ille gratia reddit debitum, hic exhibet miserationis & virtutis exemplum. In dilectione amici intervenit ratio debiti, & remunerationis; at vero in amore inimicorum ratio virtutis, & miserationis.

62.

quam alienum: ita etiam ex suo genere melius est, diligere amicum, quam inimicum. Deinde a contrario: pejus est, odisse amicum, quam inimicum; privat enim majori honestate: ergo ex suo genere melius est diligere amicum, quam inimicum.

Quanam vero ex his duabus dilectionibus sit majoris meriti, controvertunt Theologi. Tamen quod dilectio inimici propter Deum, ceteris paribus, in se perfectior sit dilectione amici, docent Durandus in 3. dist. 30. quest. 2. Carthusianus ibid. quest. 1. citant Albertum ibid. D. Bonaventura art. 1. quest. 6. Richardus art. 1. quest. 3. Malderus 1. 2. quest. 27. art. 7. Et videtur expressa sententia D. Thomae ibi, prout docet, quod haec dilectio est fortior, & ferventior. Pro hac sententia stant Toleros in cap. 6. Luc. a. n. 39. Agidius Lovan. disp. 24. dub. 8. num. 154. Et haec videtur de mente D. Augustini in Enchiridion, cap. 73. & 74. ubi affirmat, diligere amicos, esse incipientium, & proficientium, at vero diligere inimicos esse perfectorum.

Fundamentum hujus doctrinae est; Quia ea dilectio est perfectior, magisque meritoria, qua Deus magis appreciatur diligeturque, ceteris paribus, diligens inimicum propter Deum, eo actu appreciatur magis diligit Deum, quam diligens amicum propter Deum: nam qui diligit inimicum, a quo multoties est injuriatus, magis se ipsum vincit, ac suos appetitus refrinat, & magis contemnit vanitates saeculi, quam alter diligens amicum: ergo illa dilectio est perfectior, magisque meritoria.

Dixi, ceteris paribus, quia ille, qui ex charitate propter Deum pro salute spirituali proximi vitam diffundit, magis appreciatur diligit Deum, quam ille, qui diligendo inimicum, dat ei parvam elemosynam. Loquimur autem de his dilectionibus, si pares sunt in intentione, & ab aequali gratia procedant: tunc enim dilectio inimici est magis meritoria; non quia ipsum obiectum secundum se, scilicet inimicus, sit perfectior; sed quia in tali obiecto injurias, odium, ac damnum illatum magnam repugnantiam invenit voluntas, quam dum ipsa vincit, majori, ac fortiori conatu fertur in Deum, propter ipsum contemnendo omnia, quae sunt saeculi.

Dilectio inimici, regulariter loquendo, est purior, perfectior, maxime Deo grata, & cunctis, multum admirabilis, quam amicorum dilectio. Est purior, nam, qui amicum diligit, saepe eum amore prosequitur, ob aliquid bonum, quod in eo considerat; vel saltem movetur ab ipso debito officio amicitiae. At qui inimicum diligit, ob nullam aliud motivum hoc praestat, nisi ob ipsum Deum. Ait Apostolus Rom. 12. n. 10. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum. Pulchre. D. Valerius. homil. 12. ait: Non dixit: Si esurierit amicus tuus, ciba illum, nam amicus ipse sibi praestat, ut non esuriant. Videamus tamen, quid intersit ei debitorum, inter eum, qui indigentem amicum pascit, & eum, qui esurientem inimicum reficit: ille gratia reddit debitum, hic exhibet miserationis & virtutis exemplum. In dilectione amici intervenit ratio debiti, & remunerationis; at vero in amore inimicorum ratio virtutis, & miserationis.

Est perfectior dilectio inimicorum modo supra explicato. Quantam autem perfectionem indicet inimicorum dilectio, satis explanat Do-

minus sequenti versu: postquam enim suos exhortatus est ad inimicorum dilectionem, statim subjungit: Estote perfecti, sicut & Pater vester caelestis perfectus est. Tanta est enim perfectio dilectionis inimicorum, ut per eam assimiletur homo divino Patri, ut laudis ibi explicabo. Ierem. 15. Dominus ad Jeremiam 15. num. 1. Si steterint Moyses, & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum; hoc est, non exaudiam eos. Sed cur ex omnibus antiquis Patribus hi duo nominantur, tanquam quid valde magnum, quod Deus eos non exaudiat? Erant enim hi duo Prophetae maxime amici, ac familiares Dei, & magna virtutum perfectione condecorati. Sed unde tantam perfectionem sibi assueverunt? Ab ipsa inimicorum dilectione, ut testatur D. Gregorius Magnus, quae maxime perficit, & nobilitat animam. Ita ait ille lib. 9. moral. cap. 12. Cur reliquit eos antiquioribus Patribus, ad effundendam precem Moyses, & Samuel tantummodo praestantius, elegantiusque nominantur? Quod tamen facile agnoscimus, si ejus, quae diligere & inimicos praecipimur, charitatis verita persequeremur. Vide supra num. 28. 29. & 30.

Est dilectio inimicorum maxime grata Deo. In hoc enim maxime complacet Deus, cum ipse sit charitas, nostra autem charitas ultra dilectionem inimicorum non potest procedere, ut supra dixi ex D. Remigio num. 29. Unde fit, quod ipsa sit Deo maxime grata. Ait D. Gregorius in Pastoralis Admonit. 10. Virtus est coram hominibus, adversarios tolerare, sed virtus coram Deo diligere, quia hoc solum Deus sacrificium accipit, quod quidem ante ejus oculos in altari boni operis flamma charitatis incendit. Illud maxime est expendendum, quod de inimicorum dilectione ait S. Pater: Hoc solum Deus sacrificium accipit. Sine dubio cor contritum, & humilitatum est ei magnum sacrificium, ac multum acceptabile; dum homo seipsum Deo offert, ac consecrat in hostiam, magnum holocaustum ipsi deferatur. Quo ergo fundamento ait magnus Pater: Hoc solum Deus sacrificium accipit? Dilectio inimicorum inter omnia nostra sacrificia ita Deo complacet, ut haec sit ei maxime grata, ac delectabilis, ut nullum aliud sacrificium cum tanto suavitatis odore, ac perjuanditate ipsa accipiet, & accipiat.

Est dilectio inimicorum cunctis multum admirabilis. Ait Paulus 1. Corinth. 4. n. 9. Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus. Et veluti rationem subdens ait: Usque in haec horam esurimus, & sitimus; persecutionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramur. Cur Paulus potius in hoc loco, quam in alio, se, ac ceteros Apostolos dicit positos ante conspectum mundi, Angelorum, & hominum? Cur omnium intuitus in se converti non dicit, dum commemorat verbera, vincula, naufragia, ac persecutiones? sed hoc ad hunc locum reservat? Commemoratur hic: Blasphemamur, & obsecramur, ubi tanta charitas resplendebat, quod, cum malediceretur a suis inimicis, tamen non maledicebat, sed sua dilectione pro ipsis deprecabatur, ibi insigniter, ac peculiariter omnium oculos attrahebat. Palatius cap. 5. Matth. circa finem. Spectant Angeli, stupet mundus, astringunt redduntur homines, cum vident Christum reddentem, non malum pro malo, sed bonum pro malo. Ita Apostolus

Ex dilectione inimicorum magna perfectio resultat.

Gregor.

Idem.

Dilectio inimicorum maxime grata Deo super omnia sacrificia.

1. Cor. 4.

Dilectio inimicorum valde mirabilis, omnium oculos rapit.

Palat.

Apostolus

Apostolus: Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, & hominibus. Cur? Quia perfectionem patimur, & sustinemus; blasphemamur, & obsecramur. Meritissime haec Paulus, siquidem supra omnem naturam est, quod maledicti, afflicti, & blasphemis prof. isti obsecremur.

QUESTIO IX.

Quare praecipiat Dominus odientibus benefacere?

65. Quid sit benefacere.

August. Ambros.

66. Origen.

August. Refutatur error haereticorum.

67.

Cassian.

Vera dilectio est in affectu, & effectu, Ephes. 5.

68. Hugo.

Benefacere, est alicui bene, seu bonum facere, intentione, ac voluntate benefaciendi, & non animo nocendi. Haec necessaria sunt ad benefaciendum, nam potest unus alteri parare bonum, non tamen ei dicitur benefacere, si illud non tanquam bonum praestat, dum potius existimat, grave ei nocementum inferre. Et ideo fratres Joseph, eum vendentes in Aegyptum, quamvis praestiterint animam suam exaltationis, non dicuntur ei benefecisse; quia illud machinati sunt, ut grave ejus damnum. Requiritur ergo, ut sit donum datum animo benefaciendi, unde qui alteri exhibet dignitatem, vel aurum, verbi gratia, animo benefaciendi, quamvis illud ei sit malum, quia inde mors, interius ei occasionator, ut notant D. Augustinus epist. 42. & D. Ambrosius serm. 4. & 20. in Psalm. 118. tamen dicitur, non malum facere, sed benefacere.

Origenes Dialog. 1. de recta fide, testatur: Marcionem abasum fuisse hac sententia, ut suam haeresim comprobaret, quia fabulabatur, diversum esse Deum veteris Testamenti a Deo novi Testamenti; nam olim praecipit Deus Hebraeis, Amorthaeos, ac ceteros habitores Terrae promissionis occidere; nunc vero in novo Testamento mandat, inimicis benefacere. Idem etiam argumentum conficiebat Adimantius, ut refert D. August. cap. 7. contra eundem. Sed haereticus turpissime errabant, non intelligentes Scripturas, nec divinam charitatem percipientes. Mandavit Deus Hebraeis, tanquam deputatis iustitiae suae ministris, illas nationes interficere, ut dixi quest. 1. in fine, quod non repugnat cum hoc mandato, ut jam explicavi superiori cap.

Ad quaestionem primam praecipit Dominus suis ut benefacerent odientibus. Supra dixerat, diligenter inimicos; nunc praecipit, benefacere, quia, ut ait Simon Cassianus lib. 10. cap. 23. Dilectio nescit in sua natura ferari, sed benefaciens, & benefica est. Vera enim dilectio exhibetur, non solum in affectu, sed etiam in effectu. Unde Paulus nos ad hanc dilectionem exhortans, Christi nobis proponit exemplum, & ita ad Eph. 5. num. 1. Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulare in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo. Christus Dominus, cum haberet perfectissimam dilectionem, ac charitatem, summè dilexit nos interno affectu, & effectu; siquidem semetipsum tradidit pro nobis hostiam in salutem.

Secundò Cardinalis Hugo. Propter duas causas praecipit Dominus, benefacere odientibus: primò, propter naturae conformitatem, homines

enim sunt. Ita. 58. n. 7. Cum videris nudum, operi tui, & eum, & carnem tuam ne despexeris. Secundò propter charitatem, tam debitam erga proximum, 1. Joani 3. n. 17. qui viderit fratrem suum necessitatem habere, & claverit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in eo? quam propter charitatem debitam erga nosmetipsos. Unde ait Chrysostomus. Si benefeceris inimico tuo, tibi amplius se ipsis, Beneficia inimico collata, tibi amplius utilia. Non magnam mercedem tibi pollicetur Dominus. Unde ait Theophylactus, quod illi, qui nos persequuntur, & tentant, quodammodo inter Theoph. benefactores habendi sunt, nam omnia, qui nos tentat, levioem facit poenam, quam pro peccatis ferre debemus; si hoc patienter sustinemus, & non reddimus malum pro malo, sed bonum pro malo.

Tertiò, Hoc praecipit dabit Dominus suis Apostolis, ac discipulis, quos constituebat principes, ac Praelatos totius orbis. Unde ait Beda ad praesentem textum, Lucae, Ferè cuncti contra hoc mandatum procedimus, & praesentem potentes, vel principes, non solum si vassi fuerint contumelias; sed etsi praeterea non fuerint reverentia adversarios reputantes, quicumque eos minus reveriti sunt, quam se reputaverint dignos. Est autem magnati infamia principum, esse praecipuum ad vindictam: Creabantur Apostoli principes totius orbis, eis mandat tur officio suo Dominus juxta Syriacum: Bene precamini ei, ad vindictam qui imprecatur vobis; & benefacite odientibus. Valde ignobile, & infame vitium est, quod jus tibi datum inserviat ad vindictam, ac ad injuriam aliorum, & tuum officium aliis officiat a quibus aliquid passus es: sed quanto magis dignitas te sublevari, tanto magis tu esto benevolus, ac beneficus in adversarium; ei enim negata est ulciscendi licentia, in cujus manu posita est inflictio vulneris; eique includitur vindicta, cui est relecta potestas. Ait facer textus Gen. 32. n. 2. Haec Gen. 27. sunt generationes Jacob, Joseph cum sedem esset in dilectionem, scribitur Ruben primogenitus, Judas fortissimus omnibus primogenitus, Levi Sacerdos, & alij fratres seniores; sed fertur.

Joseph primo loco commemoratur? Joseph ea erat praeditus excellentia, ut quamvis ex multis formis super fratres suos, a quibus est adoratus, se videret exaltatum; & in patris amore se intelligeret omnibus praetatum; tamen erga fratres eum odio habentes, nihil mali sit molitus, sed potius beneficiis inserviret. Hamerus. Erat in Joseph aliud virtutis genus, ut tunc insignem fratrum crudelium injuriam, & injuriosam crudelitatem, non modo condonaret, sed etiam ingentibus beneficiis frates afficere, in animum induceret: Et qui tam regali, ac benefico animo pollebat, merito in catalogo Jacob primas sedes habet, & primum vindicat locum, quippe qui omni dignitate dignissimus.

Quartò, Benefaciendum est odientibus nos; nam ipsa beneficentia provocat ad amicitiam, emollitque adversarij animum. Nam si responso mollis frangit iram, Proverb. 15. num. 1. quanto magis illam beneficentia mitigabit, Abimelech à civitate sua Geratis eiecit Isaac, & multis deinde eum injuriis affecerunt habitatores terrae illius. Invidentes ei Palestini omnes pastores, quos foderant ferri parvis illius Abraham, illo tempore obstruxerant, impletes humo, Genes. 26. num. 15. Genes. 26. Tamen prolabente tempore ad eum venit Abimelech postulans, ut inter eos fierent juramentum, ac amicitiae foedus, ibid. num. 28. Sed unde

113 Rex